

„angelorum multitudinem de coelo descendentem, ita quòd ca-  
 „tervatim, per novas stratas satis amplas descendebant ad ho-  
 „mines, et cooperabantur hominibus ad profectum novem do-  
 „norum sive virtutum.” . . . .

*Cap. CXXX.* „De quodam castro et ejus expositione.”  
 Ein gar schönes Schloss, wornach eine Menge frommer Men-  
 schen trachtete. . . . „Haec omnia ei exposita sunt à voce di-  
 „vina.” „Castrum est quilibet justus, ad quem confugitur tan-  
 „quam ad castrum in pressuris. Et posuit exemplum de Ducissa  
 „et populo Wienensi, qui ad suffragia justorum confugerunt in  
 „pressura Ungarorum et infidelium.” . . . .

*Cap. CXXXI.* „De elevatione Corporis Christi à pluri-  
 „bus simul.”

*Cap. CXXXII.* „De Monachis nudis.”  
 „Quodam mane post Matutinum facta est super eam manus  
 „Domini: et vidit in visione homines nudos omnino, et erant  
 „Religiosi. Et datum est ei intelligere, quòd essent illi Reli-  
 „giosi, qui, cum deberent aedificare suo exemplo proximum,  
 „eum suis levibus moribus deaedificant. Et, ut ei datum est  
 „intelligere, isti erant, non criminosi, sed sic leves in jocis et  
 „trumphis, quae, licet aliquando fiant absque mortali peccato,  
 „tamen in Religiosis sunt magis reprehensibilia, et expoliant  
 „eos gratia et merito, quae talibus subtrahuntur. Ipsi enim eo  
 „ipso fiunt magis inhabiles ad gratiam.”

*Cap. CXXXIII.* „De multitudine Religiosorum, aliis in-  
 „dignantium ob eorum defectus.”

„Haec visio facta fuit domi in oratorio suo. Deinde ve-  
 „niens ad ecclesiam mane sub missa facta in extasi vidit mul-  
 „titudinem Religiosorum in habitu valde pulchro et vario, qui  
 „circumdati erant lumine immenso, erantque lucidi, sed oculos  
 „habebant velatos et circumligatos bindis. Ornatus quoque ve-  
 „stium, qui erat permaximus, paulatim decidebat.”

„Et datum est ei intelligere, quòd erant Religiosi, qui  
 „bonae vitae existentes, aliorum defectibus, vel aliis ob eorum  
 „defectus vel peccata plus debito indignantur. Et, quia in suis  
 „benè factis plus debito se ostentant, et innotescere homini-  
 „bus curant, hinc in luce gratiae et cognitionis divinae impe-  
 „diuntur.”